

Ex Ms Arch Sta: Au: Regis.

Sigismundo III Regi Clemens VIII.

13
 Charissime etc. Redit nostra cum benedictione in Poloniam et
 ad Matrem Vram dilectus filius Samuel Horvicius noster in-
 timus cubicularius, qui apud nos et quidem inter permio-
 res domesticos et familiares nostros ita se gessit, atque adeo
 nobis satisfecit, ut cum non solum quia Matri tuae sub-
 ditus est, et ab generis et familiae splendore, sed et propri-
 as eius virtutes et probatos mores illum merito suo val-
 de amemus. Huc apud M. testari placuit, his nostris lite-
 ris, quas tibi ipse reddet, ut qui tibi multis nominibus
 est gratus nri, etiam intuitu nostraq; commendatio-
 ne multo sit gratior. Si enim illum tibi commendamus
 ut majori affectu majoriq; officio commendare non pos-
 simus. Et certe iis natura et ingenii dotibus, eaque be-
 nignitate nobis premitus videtur, atq; adeo imprimis tuae
 Matris est devotus, ut vere merito tibi quoque carus esse
 debeat. Hunc igitur nostra etiam causa tua Regis gra-
 tia complectares, atque ut illum omni tua benignitate pro-
 vendum, mandum, agendumque suscipias, a tua Maesta-
 te etiam atque etiam petimus, Est id nobis tam gra-
 tum, quam quod potest esse gratissimum. Datum Romae
 apud Sanctos Apostolos.

De Actibus in la. Regis

Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its orientation and fading.